



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor suavissimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Desidero semper in omnibus rebus solum beatorum voluntatis divinæ. Cupio denique omnia bonis Deo meo, interna per complacentiam, externa per desiderium.

CONSIDERATIO IV

AMOR DEI,

Amor suavissimus.

Tertia proprietas est Dulcedo, & suavitas Seraphici: quoniam non aliud est Amor, Desiderium dulcedinis, Sapor suavitatis fructus caritatis, & quanto magis amatur Deus, tanto plura gatur de sua divina dulcedine. O dulcedo, quam parum estimata, & multo minus cognita mundo! & tamen una stilla tua superat mare rubrum illum.

Audite rem miram, sed veram. Date mibi cor mundum, abundans omnibus deliciis mundi: & interrogate illud. Satisne habeat, an plus desiderat citationis terrenæ. Protinus dicit, *Affer, affer, dum satis est mihi, adhuc plura desidero.* Facite ut in idipsum cor, in gratia Dei repositum, solum stilla defluat à cælo consolationis divinæ: rursus interrogate, an aliquid præterea terrenæ citatis desideret. Confestim dicit, *Habeo, Deus est in corde meo, quid aliud in mundo expetere?* Et tamen unica solum stilla fuit, gutta cælestis dulcedinis. Quid erit ergo, *minus impetus, & torrens voluptatis Dei in cordibus animam nostram, ebriam Divino amore?*

